

stabit ad ortum. Hic habens^a pedes XXXIII^{es} sexque polices eliget sibi ex piscatoribus et^b deiectis numerum^c duodenarium unumque dyabolum; non in gladio bellove Eneaden urbem^d regesque subiciet^e, set in hamo piscantis. In deiectione et pauperie^f superabit divicias, superbiam conculcabit. Morte propria mortuos suscitabit, et cum mactabitur, vivet et regnabit. Et^g consumabuntur omnia^h, fietqueⁱ regeneratio^k; bonos^l iudicabit et malos. Hinc quatuor animata^m animalia* surgent in testimonium, nomenⁿ agni tuba^o concinent, serentes^p iusticiam legemque irreprehensibilem, cui contradicet^q bestia** simul^r et abhominatio*** spumeque^s draconis^t.

Set^u surget stella[†] mirabilis III^{or} animalium habens ymaginem, eritque in tuba^v mirabili, Danaos illuminabit, orbem illustrabit. In Eneaden latus^{††} piscatoris nomen agni usque ad fines seculi virtute perducet. Inde in Eneaden iuncta^w vinctos a dyabolo liberabit. Hic^x gladiabitur^y, moriens illustrabitur. Porro gloriosus exitus eius.

Erit^z autem bestia horribilis ab oriente veniens^a, cuius rugitus usque ad gentes Punicas^{†††} audietur, cuius capita^b VII^{em}, sceptras^c innumera, pedes sexcenti sexaginta tres^l. Hic^d erit contradicens agno, ut blasphemet testamentum eius, augens draconis aquas[†]. Reges autem et optimates seculi erunt^e in sudore terribili, et non diminuent pedes eius. Stelleque^{†††} due consimiles prime insurgent contra ipsam^f et non

*) Gl. 3: id est quatuor evangeliste.

**) Gl. 3: s. Macomettus.

*** Gl. 3: id est Antichristus.

†) Gl. 3: s. Paulus.

††) Gl. 3: id est collateralis.

†††) Gl. 3: id est Africanas.

*) Gl. 3: id est incredulos contra Christum.

**) Gl. 3: s. duo ordines, de quibus inferius dicemus.

a) habet 3. b) 'et d.' fehlt 4. c) duod. num. 3. d) orbem 2. e) subiciat 1. f) pauperi 2; paupertate 3. g) 'cum' setzen hinzu 2. 4. h) haec o. 5. i) fiet 4. k) 'ultimo' setzen hinzu 3 (wo regē). 5. l) 'quoque' setzt hinzu 4. m) alata 2. 3 (wo 'an. al.'). 5. n) nomine 2. o) tubis 5. p) scientes 3. q) contradicere 1; contradicit 3. r) similis 3; fehlt 5. s) et spuma 4. t) dyaboli 3. u) Et 1. v) turba 5. w) vincta 2; iūta viros 3. x) hinc 2. 4. y) gloriabitur 3. z) Hiervor Ueberschrift in 2: 'Recapitulatio singularis ad ea que dixerat de bestia'. a) Fehlt 3. b) 'silicet vicia' fügt hinzu 3. c) sceptraque 2. 3. 5. d) hinc 2. e) exuret 5. f) ipsas 2; 'bestiam' setzt hinzu 4.

1) Der Verfasser glaubte irrig, dass Mohammed 663 nach Chr. gestorben sei.